

Menoch. de arbitrar. cas. 360. à num. 20. Anton. Gom. de variat. lib. 3. cap. 3. num. 30. Cevall. tom. 1. q. 540. n. 13. Farinac. in prax. crimin. q. 124. n. 78. & quod in crimine simoniae puniatur affectus, docent Menoch. *supr.* num. 78. Martil. in d. l. is, qui cum telo, num. 22. per textum in cap. nullus Episcopus, el primero, 1. q. 1. ubi gloss. Nam in delictis non exitus attenditur, sed voluntas; de quo D. Covarr. in Clement. si furiosus, part. 2. in princip. n. 6. de homic.

Quibus non refragatur opinio communis, quae habet, neminem privati beneficio propter huiusmodi simoniam, quam interpretativam appellant; Clar. in praxi, §. simonia, num. 10. Garc. de benefic. part. 8. cap. 9. num. 38. Farinac. *conf.* 75. num. 11. & 14. Tond. *quæst. benefic.* p. 1. cap. 69. num. 34. Nam in *dict. cap. cum universorum*, non privaretur beneficio resignator, si ei non restitueretur, sed denegaretur regressus ad illud, quod se jam per renunciacionem abdicaverat, nec audiendus erat postulans ex iustitia restitutionem, cum ad hoc improbitatem suam deberet allegare, id est, permutacionis simoniae causa designasse, ex qua commodum non erat reportaturus, cap. *intelleximus* 7. de iudic. leg. ff. ab hostibus 11. §. 1. solut. matrim. leg. ita deum 36. ff. de arbit. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 68. Argel. de legitim. *conradit.* q. 4. art. 2. num. 64. Menoch. *conf.* 533. num. 4. atque ita illa opinio procedit, quoad beneficia non resignata, quibus simoniacus interpretativus privati non debet.

Ex his constat restitutum fuisse ex gratia eum, qui causa permutacionis suum beneficium resignavit, quod aperte apparet in textu, ibi: *Di tamen simplicitati venia tribuatur.* Quae verba non patiuntur, ut opinemur, de rigore iuris illam decisionem procedere, sed intuitu minoris aetatis, aut ignorantiae iuris prohibentis, sive aliis iustae causae, Pontificem usum fuisse benignitatis; licet *Barbos.* non sine violentia contendat, praefata verba esse referenda, non ad restitutionem beneficij, sed ad alias poenas, quae propter simplicitatem remittebantur: Quae quidem interpretatio absorta est; nam cum Pontifex de sola restitutione ibi ageret, extra rem loqueretur, si rationem remittendi alias poenas, quarum non meminerat, reddidisset.

Ad textum in cap. si beneficia 20. de prebend. in 6. quem ipse *Barbos.* adducit, asserens; nunquam ei satis responsum fuisse, dicebam est, in illo beneficium restitui ei, qui nullam culpam admisit, sed ignorantia invincibili proprium dimisit beneficium, ut alterum, quod sibi ritè collatum credebatur, posset retinere; & hoc exponitur verbis illis: *Ne talis ignorantia eis (cum sint sine culpa) praesudicialis existat:* atque ideo restituitur ex iustitia competit; quod secus est, ubi in ipsa resignatione delictum intervenit, ut in casu textus in *dict. cap. cum universorum*, de quo agimus.

Non est vetitum volentibus sua beneficia permutare, tractantur inter se habere, ac perficere sine assensu Episcopi, modo ad illum se referant, sed ita exequi nulla ex parte possunt absque labe si simoniae; *Sanch. dict. cap. 3. dub. 39. num. 2.* Gregor. Lop. in leg. 2. tit. 6. part. 5. gloss. 8. P. Suarez *dict. cap. 22. num. 7.* Unde si antequam Praelatus certioraretur, resignaciones reciprocae ex causa permutacionis fierent, vitiosae erunt, nec continentur decisione *Clem. unic. de rev. permutat.* ut D. Covarr. docet, Sed si inter aliquos conveniret de permutandis beneficiis absque assensu Praelati, & uterque liberè renunciaverit, rogaveritque collatorem, ut beneficium unius alteri invicem conferat, nullam in hoc simoniae vitium reperiri affirmant *Tond. quæst. benefic. 1. part. cap. 75. per totum*, Petr. de Ubaldis *de permutat. beneficior. part. ultim. num. 56.* Zerola in *prax. part. 2. verb. Renunciatio*, §. 3. Garcia part. 11. c. 4. n. 2. Nam per hoc manus Praelati non ligantur, si quidem liberè renunciatum est, nec preces necessitatem imponunt.

Illud tamen est dubium quod docet num. 8. cum Zabella in *Clement. unic. à num. 4. de rev. permut.* Ancharan. *ibi*, num. 6. Imol. n. 7. 8. videlicet, quod si ex parte unius ex permutantibus resignatio irrita declaratur, regressus ei, qui resignavit, validè ad proprium beneficium

concedatur. Cum enim vetitum sit, permutaciones fieri absque Episcopi assensu, *dict. cap. cum olim*, *dict. cap. cum universorum* non debent audiri, qui quasi in fraudem legis resignacionis causam simulavit: ad quod faciunt, quae diximus *supra*, sub hoc numero. Et in permutacione Episcopi auctoritas necessaria est, licet non conferat; sed & is, cuius est conferre, eligere, vel praesentare, debet consentire; *Barbos. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 69. num. 7. 10.* Garcia *dict. cap. 4. num. 60. 71.* Lessi. *lib. 2. cap. 34. nu. 196. 168.* Azor. part. 2. lib. 7. cap. 29. q. 4. *vers. Si queras*, & q. 6. num. 23. Zerol. *supr.* §. 4.

Ibi: *Nam renunciatio beneficij Ecclesiastici.* Beneficij renunciatio nisi in manibus Praelati fieri non potest, *Nicol. Garc. part. 2. cap. 3. num. 223.* Menoch. *de arbitrar. cas. 201. num. 47.* Navarr. in cap. accepta, in fine, *oppof. 7. num. 23. 26. 27. 32. & 35.* de rest. spol. *Flamin. lib. 7. q. 14. num. 1.* & plurimi alij. Desideratur enim necessitudo ipsius Praelati consensus, *Rebus. in prax. tit. de resignat. expres. num. 11. 13.* Cardol. in *prax. iudic. verb. Renunciatio*, num. 13. *Tusch. lib. R. conclus. 257.* Gonçal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 14. à num. 21.* Quapropter ita definitur, quod sit legitima beneficij dimissio à Superiore admitta, *Barbos. in collectan. ad tit. de renunciacione, in princip. num. 5.* Hinc est, ut nisi per Praelatum acceptetur, nihil operetur, nec in praesudicium eius qui resignavit, sed prorsus proprietatem & possessionem retinet beneficij; *Menoch. de recuperand. remed. 1. num. 274.* *Rebus. in praxi super regul. Cancellar. de infirm. resignantib. gloss. 12. num. 1. & 2.* *Nicol. Garc. multos referens, dict. num. 223. cum sequentibus.* Qui assensus unico contextu praestari debet, *Flamin. lib. 3. q. 9. num. 127.* *Barbos. de potest. Episcop. dict. alleg. 69. num. 3.* Quae utique in permutacionibus sunt observanda; tradunt *Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 22.* Garcia part. 11. cap. 4. n. num. 6. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 29. q. 19.

Ibi: *Quin & aliud.* De hoc videndus est *Marscot. variat. lib. 2. cap. 71. per totum*, ubi late probat, etiam ante expeditionem literarum jus plene transferri in eum, in cuius favorem renunciatum est, quamvis Cancellaria aliud observet.

Ad Num. 7. Ad textum in *dict. leg. quod si minor*, §. Scavola, facilis est solutio; tum quia ibi agebat minor de lucro captando per acquisitionem nareiditatis, quam omiserat l. 1. §. lucrativas, C. de impon. lucrat. *descrip. libr. 10. leg. qui autem*, 6. §. 1. ff. quo in fraud. credit. At cum petit restitui ad beneficium, cui jam obrento renunciavit, de damno vitando certat; *Tond. cap. 50. à num. 5.* tum quod in *dict. textu* non extabant jam res hereditariae, ad quas minor desiderabat restitui; quod de beneficio dici non potest.

Sed *Tondutus ubi proxime* immeritò Flaminium reprehendit, dum ad restitutionem concedendam argumentatur ab abstinentia ab hereditate paterna ad renunciacionem beneficij proprii, ex leg. *fin. C. de repudiand. heredit.* inquit enim ille, filium petentem restitui ad hereditatem patris, ad lucrum agere; qui verò ad beneficium resignatum regredi desiderat, de damno vitando tractare; unde non rectè de uno alterum inferitur. Cui objectioni pro Flaminio respondetur, eum, qui ad bona paterna redire contendit, de damno resarciendo tractare; quandoquidem, mortuo patre, filius solum hares illicò, ignorans etiam, & invitus, bonorum eius sit ipso iure dominus, *Sucessarij, Inst. de hered. qualitat. §. sui*, *Inst. de hered. quae ab intest. l. Julianus 85. in fine. ff. de condit. & demonst.* Anton. Gom. *variat. lib. 1. cap. 9. num. 15. cum sequentibus*, *Parlad. differant. 96. num. 2.* *Gurtier. in §. sui*, num. 65. *Inst. de hered. qualitat.* Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 1. num. 2.* Et cum illis se abstinet, juri jam quassito renunciat, atque ita Imperator in l. *fin. §. penult. in fine. C. de jur. codicil.* asserit, filium circa successione paternam de lucro non agere acquirendo, sed de debito recuperando. Ex quibus colligitur rectè sumi argumentum à renunciacione paternae hereditatis, ad beneficij renunciacionem.

Ibi: *His accedit, quod restituitio.*

47 Minor restituitur adversus tertium possessorem in subsidium, quando, qui cum illo contraxit, solvendo non est; *Menoch. consil. 714. num. 2.* *Costa in dict. §. & quid si tantum, part. 2. num. 64.* *Rebus. ad leg. Gallia. tit. de restituitio in integrum, in princip. à num. 31.* *Craver. consil. 7. num. 15.* *Fabian. de Monte in tractatu de emptio. q. 4. num. 32.*

48 Duobus tamen casibus directè illum potest per beneficium restitutionis convenire. *Primus* est, cum in scientem res minoris transfertur. *Secundus*, si minor non fuit laesus, nec restitutionem postulat propter pretium; sed quia inconsultò alienaverat quod sibi non expediebat; *l. in causa 14. §. interdum, ff. de minor. leg. 1. Cod. si adversus vendit. pignor.* ubi *Barbos. in collectan. num. 3.* *Hermosill. in leg. 4. tit. 5. part. 5. gloss. 12. num. 8. & 9.* Anton. Gomez *variatur. lib. 2. cap. 2. num. 41. & cap. 14. num. 7.* *Morl. in empot. dict. tit. de in integ. restituit. q. 2. num. 4.* *Odds part. 1. q. 31. articul. 17. num. 87. & sufficit*, lesionem contingere ratione affectionis, veluti si domus, vel alia res Majorum distracta sit; *Olea de cessio. jur. tit. 3. q. 2. num. 5.* Anton. Faber. in *Cod. tit. de in integ. restituit. minor. definit. 10.* *Cayc. Latr. decis. 47. à num. 52.* *Fontanel. decis. 47. num. 16.* *Menoch. de presump. lib. 3. presump. 85.* *Caldas in tract. de empt. & vendit. cap. 8. num. 52.* *Cyriac. tom. 1. contro. vers. 78. num. 26.* *Cevall. dict. q. 15. num. 4. cum seqq.* Alium casum addit *Hermos. d. num. 9. in fin.* quando tertius possessor rem minoris habuit titulo lucrativo; quoniam tunc adversus ipsum directè poterit in integram restituitio intentari.

Ad Num. 8.

51 Ita inductioni textus in cap. *fin. de iudic. in 6.* respondent *Tondut. d. cap. 50. num. 12. & 13.* & omnes, qui tenent, minorem laesum in beneficiis restituendum, quorum meminimus *supra*; *hoc capite*, ad num. 1. & ad num. 3. *vers. Contrariam sententiam*; non enim ex eo quod minor pro majore habeatur, deneganda est restituitio, *Sforc. part. 2. q. 60. num. 11.* *Caldas in d. l. si curatorum, verb. Vel adversarij dolo*, num. 42. *Gratian. discept. cap. 74. num. 11.* *Cevall. tom. 2. q. 83. 1. num. 4.* *Boer. decis. 350. num. 4.*

*Verf. Rursus nec tertia.*

52 De causis spiritualibus, in quibus minori restituitio non indulgetur, diximus *hoc cap. ad num. 1.* In constitutione dotis restituitio conceditur, *d. l. si ex causa*, §. in dotis, ff. de minorib. late *Barbos. in collectan. ad l. unic. C. si advers. dot.* Anton. Gom. *d. cap. 14. num. 2.* *Cyriac. tom. 3. contro. vers. 508. à num. 43.* *Odd. q. 59. art. 3. num. 17.* ubi communem dicit *Negusant. de pignorb. p. 8. memb. 1. numer. 26.* *Donell. commentar. lib. 22. cap. 10. col. 2.* *Surd. de aliment. tit. 9. q. 44. num. 58.* *Morl. d. tit. 5. q. 4. per totam*, *Cujac. lib. 7. observ. 1.* *Ac Franc. M. lin. de rit. nupt. lib. 2. different. 6. num. 4.* cum aliis docet, non esse restitutioni locum, sed contrarium receptum magis est. Item in sponsalibus, *Cevall. dict. q. 83. 1. num. 12.* nam cum jure restituitio non denegatur, minori semper est concedenda, si laesus probetur, sicut dixi *supra*, num. 13. nisi actus retractari non possit, ut Matrimonium. Necnon adversus lapsam quinquenni præscripti Concilio Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 19.* ad reclamandum contra nullitatem Profestiois, *Barbos. ibi*, n. 12. *Sanch. d. lib. 7. de matrim. cap. 37. num. 21. & 22.*

*Verf. Quarta ratio.*

54 Ad textum in cap. *adnum. 14. de preb. in 6.* notandum est ibi, verbum; *lucrum*, non esse positum, prout opponitur damno; veluti cum dicimus, agi de damno vitando, aut lucro captando; sed interesse, vel utilitatem significare, quam ideo Pontifex *lucrum* appellavit; quoniam beneficia non ex causa onerosa, sed gratis habentur; ex quo non negat damnum, & diminutionem bonorum pati, quod beneficio jam obrento privatur, quoniam solum ostendere intendebat, Episcopum nihil commodi, vel incommodi ex illa lite reportaturum, sed omne praesudicium Guillelmo litiganti imminere, ad quod nihil interfuit, *lucrum pro interesse usurpari.*

Innuat D. Covarr. quod si quis minor beneficio renunciat, ad quod jus habebat, (quae cessio proprie nuncupatur, *Mandol. de signatura gratia, verb. Cessiones*, Petrus Gregorius *synagmatum juris lib. 17. cap. 17. num. 21.*) non debet restitui, si jam alteri collatum fuerit; idem docent *Guillelm. Bened. in cap. Raynautius, verb. Adjecte impuberi*, de testam. *Pat. decis. 427. lib. 1. in correct.* *Pereg. *supr.* lib. 5. tit. 2. num. 47. vers. Vel etiam responderi potest*, *Toudut. d. cap. 50. num. 11.* Cujus sententiae ratio est, quia hoc casu minor ad lucrum restituitur, quae restituitio cum alterius detrimento non conceditur; *Bald. in l. pupillorum, numer. 5. ff. de repud. heredit.* *Tondut. ubi proxime*, *Marscot. variat. lib. 2. cap. 98. num. 10.* *Cyriac. tom. 1. contro. vers. 32. num. 10. & tom. 2. contro. 240. num. 32. & 33.* ubi alios laudat, & est communis resolutio. Nec dubitari potest, quin damnum pariat ille, qui beneficio potitur, ad quod minor restitui desiderat: in cujus probationem adducitur textus in d. §. *Scavola*. Sed mente *Consulti* ibi attentè perpensa, non faver; imò aperte impugnat decisio illa praefatam sententiam, si quidem compertum est, minorem in ea specie restituendum fore, licet hereditas jam per substitutum fuisset adita, si bona nondum distracta invenirentur, de quo *Sforcia Odds p. 1. q. 63. art. 1. & 2.* similiter ergo minor, qui beneficio non adquisitò renuntiavit, debet ad illud acquirendum restitui, non obstante, quod alteri plene quassatum fuerit; nam in beneficio nil distractum, nil immutatum est; sicut fuit in hereditate repudiata, ut restituitio denegetur.

Quibus animadversis colligitur, minorem esse restituendum, ut acquirat beneficium alteri collatum, quando possessor nullum aliud detrimentum sentit, nisi amissionem ipsius beneficij; quod si ultra hanc, in damno versetur, erit omnino auxilium restitutionis denegandum; utrumque non obscure probatur in d. §. *Scavola*; & manifestum fiet, si duo juris principia rectè intelligantur, quorum unum docet, minorem etiam ad lucrum restituendum, *l. ait praetor 7. §. fin. de minor.* & ex multis probavimus *supr.* n. 10. Alterum, restitutionis beneficium cum alterius damno non esse indulgendum, cum de lucro tractatur, quod ex *dict. §. Scavola*, deducit communis opinio, de qua proxime. Primum enim juxta secundum limitatur, sed illud damnum huiusmodi restitutionem impedit, quod praeter privationem rei, quam minor est lucraturus, contingit, v. g. repudiatur minor hereditatem, vel legatum, ex quo pervenit ad substitutum, qui agnovit, vel adivit; postea restituitio postulat, ac conceditur, dum res extant; hic legatarius aut hares nullum sustinet incommodum, nisi privationem hereditatis, seu legatij, quod occasione repudiacionis adolescentis quassaverat, quo casu minor jure restituitur ad lucrum, *l. & si sine 8. per totam, ff. de minor. l. 1. C. si ne omis hared. at si substitutus iste in rebus hereditariis distrahendis proprium laborem, & industriam impenderit, vel aliquid fecerit, vel dederit, quod repetere non posset, ad hereditatem, vel legatum consequendum, quod sub conditione dandi, aut faciendi ei restitutum est, tunc iniquum erit; minorem ad lucrum restitui, *dict. §. Scavola*, quoniam ita nedum privaretur legato, sed etiam pecuniam, sive laborem perderet; atque ita est intelligenda doctrina communis, quam ex *Marscoto*, & *Cyriaco supra* retulimus, scilicet minorem cum aliena jactura non restitui.*

Hinc ad rem, de qua agimus, dicendum videtur, minorem, qui cessit jus, quod ad beneficium habebat, restitui debere, etsi alteri sit collatum; quando ex tali restitutione beneficiarius solum amitteret commodum beneficij; secus autem si aliud damnum pateret etiam, veluti si ex longinqua provincia Romam peteret ad beneficium consequendum, & eo obrento, quod minor cessit, rediret in patriam; vel quando eo quod habebat tale beneficium à minore renunciatum, omisit alterum; vel si impendisset in literarum expeditionem; aut in litem super beneficio: his & similibus casibus repellendus est minor, si restitutionem petat, quae cum aliena jactura non est ad lucrum concedenda; quae resolutio mirè congruit decisioni

Confiteri in dict. §. Scavola, ubi non negatur minori restituito, quod hereditas esset substituto acquisita; sed quia alieno labore, & industria pecuniam partam lucrari volebat; juxta quæ intelligendum est quod D. Covarr. hoc vers. insinuat.

Verf. Ultima ratio.

60 Huic argumento breviter potest responderi, quod licet in permutatione beneficiorum non admittatur remedium l. 2. C. de rescind. vendit. ut ex multis probavimus supr. ad num. 3. quoniam ea constitutio solum ad ea pertinet, quæ possunt pretio æstimari, & ad æqualitatem pecuniæ reduci, sicut ex ipsa patet; quod in beneficiis locum non habet: non tamen inde sequitur, minori in sui beneficii permutatione læso restitutionem fore denegandam, in qua non agitur de pretii supplemento, sed de recuperanda re ipsa, quam in alium inconsulto transtulit. Nam quoties minoris interest, ut in presenti, ubi non potest aliter damnum suum rescire, rem ipsam præcisè, quam alienavit, avocare permittitur, d. l. si ex causa, ff. de minor.

Ad Num. 9.

62 Ultra Caietanum, & Angelum, Sylvester in summ. verb. Permutatio, q. 6. Tabiena, verb. Beneficium, n. 15. tenent, licitum esse in permutatione beneficiorum pecuniam addere, ubi alterum est pinguius, ad servandam æqualitatem contractus. Sed contrarium commune est, & omnino tenendum: Imò nec pensionem constitui posse super pinguiori, ratione excessus fructuum, absque simonia labe, Greg. Lop. in l. 2. gloss. 3. tit. 6. p. 5. Cardinalis, Imola, Ancharanus, & Navarrus apud P. Suarez d. lib. 4. cap. 34. num. 6. & 15. Bonacio, tom. 1. tract. de simon. disp. 1. q. 4. §. 12. num. 8. verf. Dixi in responsione ejusdem, Lessius de justitia, & jur. lib. 2. cap. 35. num. 86. Sanch. d. cap. 3. dub. 38. num. 22. Possent tamen utrumque fieri, intervenient Pontificis auctoritate, cui duntaxat liberum est, fructus beneficii à titulo ipsius separare. Nam cum ita separati, omnino temporales sint, vendi possunt, ac pecunia æstimari; Gloss. in cap. cum pridem, de pactis; Sanch. & alii proximè adducti, præsertim Suarez videndus dict. cap. 34. per tot. ubi sub num. 6. D. Covarr. increpat, eo quod Abbatem allegat in presenti, pro opinione Caietani; cum contrarium rectè intellectus sentiat, ut ex verbis ipsius aperte demonstrat. Sed in permutatione beneficiorum, licet Episcopo ex officio, pacto cessante, pensionem constituere super magis pingue, ut æqualitas inter permutantes servetur, quod onus non transibit ultra personam ipsius permutantis, Ancharanus, conf. 279. Navarr. conf. 43. num. 4. tit. de simon. Gonç. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 14. n. 38. August. Barbof. de potest. Episcop. alleg. 69. n. 14.

65 Nec pro Caietano facit cap. ad quæst. 6. de rer. perm. cui rectè D. Covarr. satisfacit, & ante ipsum Panormitanus ibi: Pecunia enim fuit data, quoniam Ecclesiæ permutarunt bona propria, quæ spiritalia non sunt, quarum altera plures, aut meliores possessiones habebat; qui excessus sine vitio simoniæ potuit pretio compensari. In permutatione autem beneficiorum, etsi temporale intuitu fructuum præstetur, ipse titulus, cujus ratione illi debentur, est, qui comparatur, & cum spiritalis sit, simoniæ labem incurri non dubitatur, nec fructus à titulo possunt separari. Ibi: Nec vidi unquam.

66 An in locatione fructuum beneficiorum locus sit remedium d. l. 2. docent Padilla ibi à num. 15. & Guttier. quæst. canon. lib. 1. cap. 39. num. 66. Sed quæstio hæc pendet ab illa, qua controversitur, utrum in locatione, aut venditione, in qua sola spes emittitur, vel conducitur, ut sunt fructus beneficii, admittatur præfata constitutio? Circa quod DD. non conveniunt; Affirmant Padilla dict. num. 15. Matienç. in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloss. 6. num. 3. & gloss. 9. n. 8. Scacc. de commerc. §. 1. q. 1. part. 2. ampliat. 10. num. 5. in princip. Hermof. in l. 56. tit. 5. part. 5. gloss. 4. num. 58. Barbof. in collect. ad d. l. 2. num. 43. Morla in emp. jur. tit. 9. q. 19. num. 8. verf. Terrio. Negant Bald. in l. si ea lege, num. 9. verf. Cum vero venditor. C. de usur. Cremenf. in d. l. 2. num. 134. Menoch. conf. 843. num. 34. Mangil. de evi-

tion. q. 79. num. 10. & 1. Gratian. discept. cap. 756. à num. 8. Cyriac. cum plurimis tom. 1. controvers. 1. num. 35. Decian. in l. in fideicommissio, 3. notabil. C. de transact. Olea de cession. jur. tit. 6. q. 10. num. 16. qui alios refert.

Vera autem resolutio est, quam ex Cremenfi tradit Padilla, & refert Guttier. & Morla ubi supr. nam læsio in hujusmodi contractibus non est consideranda respectu fructuum, vel utilitatis, quam ex re empta, vel locata emptor, aut locator perceperit; nam etsi plurimum ultra spem commodi, vel incommodi sentiant contrahentes, d. l. 2. auxilio non est locus, sed solum inspicitur, quanti res vendi, aut locari communiter possit; & juxta hanc inspectionem potest locus esse prædicto remedio, licet tota utilitas rei locatæ, vel venditæ à futuro eventu, & viribus fortunæ pendeat; de quo latè disputat Didac. à Brito in rubric. de locat. part. 2. §. 2. ex num. 22. quia in computatione, quæ ad d. l. 2. fit, non attenditur futurum incrementum, sed justus valor rei secundum tempus contractus, Menoch. ubi supra num. 37. Mangil. de subhastation. q. 40. num. 1. Pinel. in dict. l. 2. part. 3. cap. fin. num. 15. Cyriac. dict. 1. controvers. 1. num. 37. Lessi. de just. lib. 2. cap. 21. dub. 6. num. 41. Medina de restit. tom. 2. tit. de cons. vitalit. q. 14. verf. Ac proinde videtur, fol. 499. Unde si beneficii fructus locentur justa mercede juxta communem hominum æstimationem, aut saltem læsio ultra dimidiam non detur, cessabit d. constitutiois remedium, sive uberrimi, sive nulli per conductorem percipiuntur aliud juris erit, si tales fructus possent, soterentque locari centum aureis, & minus quinquaginta locentur; nam hoc casu proculdubio, vel contractus rescindetur, vel quod deest usque ad justam pensionem conductor pendere compelletur; juxta quæ intelligendus est D. Covarr. hic, tam quoad dict. l. 2. quam quoad restitutionem in integrum. Nec enim quoad hoc differentia aliqua inter fructus beneficii, & alias res potest considerari, cum ipsi temporales omnino sint; si à titulo separati considerentur, prout fit cum locantur, cap. vestra 2. de locat. Escobar de ratiocin. lib. 1. cap. 29. num. 13.

AD CAPUT VI.

Quale mandatum sit necessarium ad petendam in integrum restitutionem.

SUMMARIUM.

- 1 Authores ad hunc tractatum videndi ostenduntur.
2 In quibus casibus mandatum speciale intervenire debet; remissive.
3 Ad petendam in integrum restitutionem principaliter, mandatum speciale desideratur.
4 Cautela ad petendum restitutionem sine speciali mandato.
5 Restrigitur præfata cautela.
6 Nemo in judicio sine actione admittitur.
7 Judex, etsi Pars non opponat, agentem sine actione repellere potest.
8 Ratio traditur, cur restitutio principaliter peti nequit sine speciali mandato, cum incidenter possit.
9 Commissio principali negotio, omnia mandata censentur, quæ ad ejus expeditionem sunt opus.
10 Restitutio incidenter postulatur, etiam in ipsa sententia executione.
11 Exequutio est appendix litis principalis.
12 Mandatum ad litem certam, non expirat ante sententia executionem.
13 In mandato ad petendam restitutionem in integrum causa expressio necessaria non est.
14 Speciale mandatum dicitur, in quo certum causarum genus committitur.
15 Ad matrimonium contrahendum singulare mandatum requiritur.
16 In mandato ad jurandum de calumnia, causa expressio necessaria non est.

- 17 Limitatur, si jurandum est ad accusationem.
18 Non est anima periculosa præfata doctrina.
19 Præsumendum non est quemquam in officio delinquere.
20 Habens mandatum generale ad agendum, excipienda, & sup. plicandum, restitutionem jure petit.
21 Procurator, cui mandata est nominatio aliqua causa, postulans speciale mandatum cum clausula: Et ad alia omnia, potest similes tractare, non autem majoris præjudicij.
22 An ex generali mandato, in quo excepta est aliqua causa exigens speciale mandatum, possit procurator expedire alias causas minoris præjudicij, ad quas speciale mandatum requiritur?
23 Exceptio debet esse de regula, & eam firmat in contrarium.
24 Resolvitur negativè quæstio proposita l. 1. r. num. 22.
25 Quæ indicia sunt ad diminutionem, non debent augmentum operari.
26 Exponitur textus in cap. qui ad agendum, de procurat. in 6.
27 Non est tribuendum plus voluntati tacite, quam expressæ.
28 Sub ex implo omnia videntur exprimi, quæ sunt ejusdem rationis cum expresso.
29 Mandatum cum libera equiparatur mandato speciali in eis, quæ non sunt magis præjudicij.
30 Habens mandatum cum libera restitutionem principaliter petere potest.
31 Procurator Principis, aut Reipublicæ, in integrum restitutionem postulat.
32 Quando, causâ aliqua expressâ, adjicitur clausula; Cum libera, in mandato, restringitur illud ad simples, nec majoris præjudicij negotia complectitur.
33 Clausula: Quod possit facere omnia, quæ dominus, equivalet clausulæ: Cum libera.
34 Procurator non potest agere, quæ speciale mandatum postulant, licet in mandato dominus ratiobationem promittat.
35 Procurator, de cujus mandato sufficientia dubitatur, præfata cautione de rato, admittitur.
36 Consanguineus non admittitur pro consanguineo sine mandato ad ea, quæ illud speciale postulant.
37 Limitatur, ubi ejus interest principaliter, restitutionem in integrum petere.
38 Consanguineus non admittitur sine satisfactione de rato.
39 Affinis etiam sine mandato pro affine admittitur, ut consanguineus.
40 Admittitur eodem modo amicus, si maxima sit amicitia.
41 Amicitia vera similis est strictissime cognationi.
42 Explicatur textus in cap. nonnulli, §. cum autem, de rescript.
43 Nullus, exceptis conjunctis, impetrare potest literas justitiæ sine speciali mandato.
44 Hodie ex stylo sufficit generale.
45 Intelligitur l. patri pro filio, ff. de minorib.
46 Constitutus, cum admittitur sine mandato in judicio, non venit ex voluntate domini.
47 Procurator est, qui aliena negotia domini voluntate gerit.
48 Conjuncti non audiuntur, ut procuratores.
49 Constitutus cum mandato generali, tractare non potest, quæ illud exigunt speciale.
50 Enodatur cap. constitutus, de in integrum restitut. Vide infra, num. 54.
51 Consortis litis sine mandato, nomine consortis agere non valeat ante contestationem.
52 Non admittitur ad ea, quæ speciale mandatum requirunt, sine illo.
53 Consanguineus simul & consortis litis, potest sine mandato petere restitutionem, nisi à Parte opponatur.
54 Traditur alter intellectus ad d. cap. constitutus. Vide supr. nu. 50.
55 Consanguineus, ubi admittitur sine mandato, substitutum ante litis contestationem non constituit.
56 Ad substituendum ante litis contestationem speciale mandatum desideratur.
57 Procurator, qui litem contestatur, ejus dominus fit.
58 Administratores alieni patrimonij restitutionem in integrum sine speciali mandato postulant.
Faria ad Covarruviam.

59 Qui administrationem à lege habent, eam liberam obtinent.
60 Ad defendendum eum, contra quem restitutio in integrum petitur, non est necessarium speciale mandatum.

De ea, quæ hoc cap. continentur, sunt consulendi Sfor. cia Ovidus de in integ. restit. p. 1. quæst. 31 art. 12. cum seqq. Mauric. cod. tract. cap. 3. Cald. in l. si curatorem habens, verb. Implorandum, à num. 14. Morla in emp. jur. tit. 5. in princ. num. 22. Cyriac. tom. 2. controvers. 380. num. 26. Menoch. conf. 100. num. 298. Cevall. tom. 1. quæst. 134. Rebus, ad leg. Gallicas, tom. 2. tract. de restit. art. 1. gloss. alt. num. 3. Tiraquel. in tract. res int. alios act. Pictar. in §. procurator, n. 34. Iosé de iis, per quos ager. poss. Farinac. in prax. quæst. 99. num. 62. Barbof. in collect. ad l. unic. num. 2. & 3. Ceterum per procurat. Gregor Lop. in l. 1. tit. 5. p. 3.

Plores casus, quibus speciale mandatum est opus, congerunt idem Barbof. in tract. de clausul. usufrequent. claus. 35. à num. 16. Cardos in prax. judic. verb. Procurator. Gloss. verb. Pacifici. in cap. qui ad agendum 4. de procurat. in 6. Firmian. in suo rept. verb. Mandatum, Golin de procuratorib. p. 2. cap. 5. Ad num. 1.

Licet ad petendam in integrum restitutionem principaliter speciale mandatum desideretur, sufficit generale, si postuletur incidenter, ut omnes fatentur nuper laudati. Docent autem Tondut. de prævent. judic. p. 1. cap. 20. num. 9. cum seqq. Natta conf. 161. numer. 34. verf. Circa modum agendi, Cyriac. dict. controvers. 380. num. 21. cautelam, qua nunquam erit necesse speciale mandatum, proponendo scilicet in eodem libello actionem, ad quam minor restitui intendit, ac deinde per vim replicationis petendo in integrum restitutionem, v. g. si procurator conveniat possessorem rei minoris, & addat, quod si adversarius opponat de prescriptione, nihil obstat, quia adversus illam competit minori restitutio, quam implorat; quo casu præfati DD. ex allis tradunt, restitutionem incidenter postulari, atque ideo mandatum generale satis erit; quo maxime restringitur decisio l. illud 26. §. fin. ff. de minor.

St præmissam cautelam restringit merito Cyriac. cum aliis, num. 74. ad casum, ubi extat actio minori competens, etsi per exceptionem elisibilis; quod si penitus fuerit extincta, necessario prius petendum est restitutionis auxilium, per quod via ad agendum aperiatur, cum nemini sine actione in judicio expetiri permittatur; l. si pupilli 6. §. videamus, ff. de neg. gest. l. si quid possessor 54. §. illud, ff. de petit. hered. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 2. disp. 5. num. 27. Paz in prax. tom. 3. in princip. num. 5. Ant. Gom. var. lib. 2. cap. 11. num. 24. Cyriac. tom. 2. controvers. 321. num. 3. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 16. n. 2. adeo ut Judex, etiam parte non opponente, sic agentem repellat, Tusch. tom. 1. lit. A. conclus. 60. num. 29. Marant. de ordine judicior. part. 4. dist. 20. num. 15. Boër. decis. 344. num. 8. Bobadill. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 83. Petr. Barbof. in l. si alienam, num. 18. ff. soluto matrimo. l. iud. tenetur, alias Parti damnificata manet attritus ad interesse, & ob hoc in syndicato poterit conveniri, Menoch. supr. num. 4. Gamma decis. 26. num. 7. 8. Hujusmodi igitur restitutio, quæ non nisi principaliter peti potest, sine speciali mandato minime impetrabitur.

Ratio, propter quam in restitutionis petitione adesse debet speciale mandatum, ea reddi potest; quia cum hoc beneficium extraordinarium sit, l. in causa 17. de minorib. non censetur sub generali mandato comprehensum. Alias rationes tradit Cald. d. verb. Implorandum, n. 5. Quod fallit, ubi incidenter imploratur, nam cum principale negotium alteri committitur, omnia mandata intelliguntur, sine quibus illud nequit expediri; l. fin. ff. de officio ejus cui; quicumque §. non tamen, verf. Sed est pecuniam; ff. de insti. act. Metlin. de pignor. lib. 2. q. 101. n. 15. & quæ ipsi connexa sunt, Menoch. conf. 203. n. 32. ubi alij, Alexand. conf. 118. n. 13. lib. 5. Rot. decis. 374. n. 18. part. 5. in recent.

Verf. Ex quibus fundamentum. Non solum ante sententiam diffinitivam licet restitutionem petere adversus interlocutoriam, à qua non potest appellari, ut D. Covarruv. docet; verum etiam post rem judicatum, in ipsa sententiæ executione, non prohibebitur procurator sine speciali mandato illud auxilium implorare per viam exceptionis, siquidem ita incidenter quoque postulari dicitur; Flores de Mécha variar. lib. 1. cap. 5. num. 71. Carleval. dict. tom. 2. d. 118.